



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

45. An si quis habeat patrem divitem, & filium divitem, & ipse sit pauper, à quo debeat prius petere alimenta? Et quæritur, quo jure filii, & parentes alimenta præstare teneantur? Et ad extremam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. XLV.

*An si quis habeat patrem diuitem, & filium diuitem,
& ipse sit pauper, à quo debeat prius petere alimenta?*

Et queritur, quod iure filii, & parentes alimenta præstare teneantur?

Et an ad extreemam necessitatem redactis filiis, & parentibus, teneantur potius filii parentibus succurrere, quam propriis filiis? & secus extra necessitatem extreemam? Ex part. 10. tract. 13. & Miscell. 3. Ref. 3.

S. I. **M**ordicus à Patre in tali casu alimenta penteenda esse, docet nouissime Franciscus Maria Pratus obseru. 89. num. 12. adducens pro his sententia Iacobum de Arena, in l. pen. quæ incipit: seq & non Non quemadmodum ff. de liber. agnosc. Bartolum, ibi pigebit.

*Quoad hoc
lege doct.
Ref. præter.*

num. 22. Alexandrum, in leg. In suis, num. 7. ff. de liber. & posth. Io. Fabrum, in s. Ius naturale, num. 3. Inst. de Iur. natur. Aucharanum in cap. Cùm haberet. num. 1. 3. de eo, qui dux. in matrim. Caftillum ad leges Taur. lege 60. verb. Alimenta, & verb. In casu verb. Item nota. Albertum in d. leg. Non quemadmodum, num. fin. Et rationibus firmatur etiam haec opinio: Tum quia Pater plus diligit filium, quam ipse Patrem, leg. Iff. quidem, ff. de eo quod me. caus. & leg. fin. Codice de Curator. Furius cum concordan. adductus. Tunc etiam, quia bona Patris quodammodo dicuntur esse Filii viuo Patre, non autem è conuerso, leg. Nam & si Parentibus, ff. de inoff. testam. Ac etiam quia in Patris successione, filius præfetur Auo, lege primas, primas, ff. si tabul. testam. nulla exstab. Authent. In successione. Codice de suis, & legitimis. Ioannes de Lignan. in tractatu de Ancieta. §. Subuentione paterna, & finali, num. 16. Vide etiam Cordubam in Reperi. leg. Si quis a liberis, num. 7. ff. de liberis agnoscet, qui contra Alphonsum de Castro acriter infurgit, & assertit errasse, quia misit manum in melsem alienam.

2. Sed ego in eius fauorem, nempe in tali casu alimenta esse petenda à Filio, & non à Patre diuine pondero validam rationem; quia magis tenet filius succurrere Patri, quam Pater Filio: Vnde pro sumenda hac sententia quærendum est, quo iure filii, & Parentes alimenta præstare teneantur; & multi iuris canonici periti exsilmant Parentes teneri præstare alimenta filiis iure naturali, filius vero parentibus non iure naturæ sed gentium. Ita docere etiam videtur Bartolus in l. Si quis à liberis. ff. de lib. agnoscend. Probat, quia natura descendit è Parentibus in filios atque adeo propensiore iure naturæ & proximiori debent Patres liberos amare, quam liberi Parentes. Deinde quia bellæ, in quibus totum in naturæ inest, filios alunt suos non tamen filii Parentes præter unicam Ciconiam, cui id tamquam insigne attributum, & ob eam caufam pietatis symbolum habetur; dicendum tamen est cum communis Doctrinæ, & præcipue Theologorum sententia, Filios eodem iure naturæ teneri de alimentis prouidere parentibus in extrema necessitate, aut quasi extrema constitutis, quo Parentes tenentur prouidere filiis. Primo ex genere correlatiuorum, sunt enim Pater & filius, correlatiua. Vnde quod de uno dicitur, de aliis necessi est dicatur. Secundò, quia natura rationabilis strictiori vinculo obligat filios erga Parentes, quam Parentes, erga filios, vt docet Thomas 2. 2. quæff. 16. art. 8. ad. 1. nam quicquid filius habet, à Patre habet; Pater autem nihil habet à filio, & id est ratione beneficij accepti tenentur filii parentibus maximè prouidere; quamobrem, licet ius naturæ absolute magis

N
n
i
a
IV. V.
I

pauperes incertos distribuere, potest iuxta aliquos aliquam fibi pauperi applicare. At dicendum est non posse etiam autoritatem Prælati in id communitati, quia nullam eleemosynæ rationem habet, sicut eleemosynam iniunctam penitentia sacramentali, & nequit penitentis pauper fibi applicare. Ita Sanchez, & hanc opinionem docet etiam alter Sanchez, Ioannes videlicet in selectis disp. 14. num. 18. vbi etiam recte docet, nec posse Confessarium commutare penitentiam erogandi eleemosynas per solam applicationem ad ipsum etiam penitentem, tanquam ad pauperem, nam vel potest erogare aliis parentibus, vel non; si nequaquam valet, immunitis redditur à præcepto, & tunc commutatione opus nullatenus est, sed ad summum declaratione; si verò potest, quamvis interuenient aliqua incommoditate erogare tenetur aliis, nam applicando illam sibi, nihil emit boni operis, in quod commutari dicatur eleemosyna.

RESOL. XLIV.

An si peccatum mortale inuertere ordinem in succurrendo patri, matri, filio, uxori, aui & nepoti?
Ex parte 5. tractatu 14. & Miscell. 2. Resolutione 93.

S. I. **A**d hoc dubium ita responderet Hurtadus de Mendoza in 2. 2. disp. 54. feb. 5. §. 57. vbi sic ait. Hic ordo nos obligat sub peccato graui ad subveniendum prius parentibus, quam aliis, non vero patri prius, quam matri inter filios & vxores, nescio sane an iste ordo grauiter obliget; & inclinor in patrem negantem, at filii non possunt postponi fratribus, nisi cum graui peccato in necessitate obligante se. Pater prius est diligendus, quam auius, & filius quam nepos, quia sunt amanti proximiiores. Item auius prius, quam nepos, filius autem prius auius, quia est coniunctior. Ita ille.

2. Non desinam tantum etiam hic adnotare Lorcam in 2. D. Thom. 26. art. 1. num. 4. sic circa præsentem questionem afficerem. Inquiri solet sitne peccatum mortale hunc ordinem, quem statuimus inter cognatos in primo gradu, inuertere? Nonnulli dicunt non esse peccatum mortale, quia omnes istæ coniunctiones, ex quibus oritur obligatio dilectionis, magna sunt; & non est tam ingens vnius ad alterum excessus, vt reatum peccati mortalis inducat, si præsumatur. Quod mihi videtur probabile; & quod attinet ad comparationem inter patrem & matrem, & inter uxorem & filios, non dubito sine peccato mortali posse inuerti ordinem, & fortasse ablique omni peccato, quamvis laudabilius esset illum servare. Inter parentes autem, & ceteros, manifestior est excessus debiti; & ideo occurrente necessitate, quæ vel ipsi, vel ceteri deferendi essent in temporibus, vel spiritualibus; non existimatorem tatum esse parentes omittere. Sed, vt S. Thom. aduertit. art. 10. & exposuit art. 8. omnes istæ compatationes definita quod per se, & considerata solam ratione patris, matris, &c. debetur. Nam ex accidenti potest quilibet illorum bis suum amittere & diminuere inutius, & ingratitudinem in alterum, & potest augere beneficij, & obsequiis. Singula autem spesiatim, & minutatim determinari nequeunt, & prudentis arbitrio remittenda sunt, pensatis his communibus regulis. Ita Lorca ubi supra.

magis inclinet parentes ad prouidendum de aumen-
tis filii, ut in Belluis cernitur; at non ita ius naturæ
rationabilis; plus enim natura rationabilis inclinat
Filiis ad prouidendum parentibus, propter benefi-
cium cotius esse, & vita, ab eis acceptum, quam pa-
rentes ad prouidendum Filiis, cum nihil ab illis ac-
cepint. Et ita docet D. Thomas, quodlibet 6. art. 14.
Sylvestre verb. *Filius* quest. 22. ad finem, Azorius tom. 2.
Instit. Mor. lib. 11. quest. 1. cap. 3. Toletus lib. 5. *Summa*,
cap. 1. num. 3. Et ex Iurisperiti idem docent Meno-
chius de *Presumpt.* lib. 3. quest. 29. num. 16. Surdus de
aliment. tit. 1. quest. 17. Cardoso in *praxi indicandi*,
verb. *Filius*, num. 40. & communiter omnes, & ideo
parco allegationibus. Vide tameq; Rebellum p̄ræ
omnibus doctissimè hac de re loquentem de obliga-
Iustitia, part. 2. lib. 5. quest. 8. num. 8. Estque adeò vera
Sup. hoc in *hanc doctrina*, ut ad extremam necessitatem redactis
tom. 2. art. 10. filii, & parentibus teneantur Filij potius Patribus
Ref. 12. §. succurrere, quam propriis filii. Ita docet Toletus
modo ciratus, Sylvestre verb. *Filius* §. 26. Azorius item
allegatus, quest. 16. & Schola Thomistarum post. D.
Thomam in 2. quest. 26. art. 8. ad 3. secus extra necel-
litatatem extreamam: nam tune potius filii quam pa-
rentibus succurrentum est. Aliqui contrarium putant,
vt Angelus verb. *Filius*, num. 24. & alij Iurisperiti.
Dicunt enim in extrema necessitate succurrentum
potius esse filii, quam parentibus, quod est proba-
bile; id autem quod dicimus probabilius, nam filii
totum suum esse & vitam, & quicquid habent, à pa-
rentibus habent, parentes autem nihil à filiis præter
iacula, spinas, & curas, quibus maximè anguntur, sac-
culantur, vt eis vita remedium querant, iuxta
dictum Iacob. Genes. 49. *Ruben primogenitus meus, prinzipium doloris mei*, vbi principium doloris sui
cum appellat, quia cum primus illius filius esset,
primò coepit parentem curis stimulare circa vitæ
illius remedium querendum. Ex quibus omnibus
satis remanet firmata Caltri sententia aduersus supra-
citatos Iurisperitos.

3. Vnde ad maiorem confirmationem supradictorum
apponam hic verba Iohannis Machadi de *Perficio Confessario*, tom. 2. lib. 6. par. 7. docum. 8. n. 1 sic afferentis:
[Aunque los Doctores interpretes del Derecho en-
señan a cada paso por regla general, que la obliga-
cion que el hijo tiene de alimentar a sus Padres po-
bres, nace de derecho de las gentes, y positivo. Los
Theologos comunmente sienten; que esta obligacion
provienet tambien de Derecho natura; y aun quieren
que esta sea mas estrecha, y fuerte que en el Padre;
porque del recibir el bijo todo el ser que goya, y no al
contrario.] Ita ille, & ego. Sed audiamus etiam præter
Doctores citatos verba Ioseph Rocaful. in *Prax. Theol. moral.* tom. 2. p. art. 3. lib. 1. de *Præcepto honorandis parentes*, cap. 4. num. 15. vbi ita afferit: An supposito,
quod filii teneantur subuenire Parentibus, qui in ex-
trema necessitate sunt, debeat potius subueniret
ipsis Parentibus, quam suis filiis: v. g. est Petrus,
cuius Pater habet extreamam necessitatem, itavit fame
pereat, & habet simul filium, in eadem necessitate;
quod quærimus est, si non potest duobus subuenire;
qui potius teneatur subuenire. Due sunt sententiae,
vera est potius esse Patrem, quam filium subuenien-
dum, quam tenet D. Thomas, & alij. Et ratio est;
quia filius plus debet patri, quam Filio suo: nam
a patre habet quicquid habet, & non contra patrem
a filio. Hæc ille cui addit Trullench in *Decalogum*,
tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 6. num. 21. & Castrum Palaum,
tom. 1. tract. 6. d. sp. 1. num. 13. qui recte obseruat,
quod beneficium à Patre acceptum est omnium maxi-
mum, siquidem ex illo habes esse. Ergo sicut Deus
omnibus præferendus est, quia tibi contulit esse, ita

suo modo tuus pater omnibus præferri debet; tum
quia occisio patris, aut illius maledictio grauius pec-
catum est; quam occisio, & maledictio filii, ut con-
stat Exod. 12. & Leuit. 20. Ergo auxilium pro con-
seruanda illorum vita magis est debitum. Fatoe te-
men appetitum sèpè inclinare magis ad amorem fi-
liorum, quam parentum; caue de causa facilis
patrem amare filium, quam è contra; non tamen
inde infertur Patrem non esse præferendum, cum
charitas, & inclinatio rationalis naturæ ad patrem
potius, quam ad illum propendat. Non valet itaque
argumentum deductum ex amore Patris erga Filium;
nam licet Pater magis diligat Filium, quam Filius
Patrem, tamen hoc non obstante, si quis haberet
Patrem & Filium in extrema necessitate tenuerit
magis succurrere Patri quam Filio, ut visum est,
& docent communiter Doctores: ergo necessitatem
sequitur idem dicendum esse, quod si quis Pauper
haberet Patrem, & Filium diutius, alimenta potius
à Filio diutie, quam à Patre diutie perenda, &
daberga esse; quia ex D. Thoma, & aliis, plus
debet, & potius obligatur Filius Patri, quam Pater
filio; nam vt ait Suarez. de *Charitate*, diff. 9. sed. 4.
numer. 15. ius paternum est summum in humanis
iuribus.

4. Verum his non obstantibus, sententiam dictio-
rum Iurisperitorum non audeo improbari, & p̄ter
adductos à Prato viro eruditissimo hanc senten-
tiam nouissimè tenuit Antonius Leoncius, de *Privil. Pauperum*, par. 2. priu. 16. n. 13. qui citat Bat-
tolum; & Surdum: Vnde si Cynus ad lib. 5. Codicis,
tit. 21. Rubr. 2. 51. de alien. liber. à parent. leg. Parentum,
num. 5. vers. Quarto quo. Si inquam Cynus dubius
remansit in Resolutione huius questionis, iudicium
meum non proferam; sed docū Vtī iudicent, &
perpendant an argumenta superius adducta contra
supradictos Iurisperitos procedere debeat in calu
extremæ necessitatis, non autem si necessitas, si in facta
extremam de qua videntur loqui Pratus & alij Iuris-
consulti; Vnde posset aliquis dicere quod si dispa-
ratio inter vitrumque casum; ex his que sumat An-
tonius Fern. in *Examine Theolog. moral.* par. 1. cap. 5.
§. 9. num. 2. Ideo tu cogita.

RESOL. XLVI.

*An si creditor, & pater, vel mater debitorum sint in ex-
trema necessitate, debitor possit subuenire illus, reli-
quendo creditore?*
Et an id possit facere, & debeat cum uxore, & liberis,
& etiam cum fratre? Ex p. 3. tr. 8. Ref. 12.

§. 1. Negatiuē responderit Azorius tom. 2. lib. 13. cap. 8. quest. 6. vbi sic ait: Sed quid si cre-
ditor & pater vel mater debitorum in extrema simili
necessitate deuenirent, debitorne poterit licet sub-
uenire patri, vel matri, prætermisso creditore? Hæc Ref.
quæstio apud Autiores primæ sententiæ locum non
habet, quia secundum illos debitor etiam in extrema
lapsus necessitatibus sibi tuta conscientia negari re-
re, multò minus poterit sibi habere ad subleuandum
patri, vel matris necessitatem: at vero apud Auto-
res secundæ sententiæ propositæ questioni locus est,
& Tabiensis & Ledelma censent non esse creditore
reddendum. Sunt autem vitrumque esse probabile, sed vi-
deretur meo iudicio probabilius primum, tum quia res
antea creditori debet batur tamquam ab eo accepta, &
solùm facta est communis debitori in extrema ne-
cessitate redacto, non autem parentibus eius. Quia si
creditor & filius debitoris, vel vox simul in extre-